בשם יהוה

TENTAMINA NONNULLA,

DE

POËSI SVECANA

ANTIQUA ET HODIERNA,

Cum Consensu Amplissimi Senatûs Philosophici, In Regia Academia Upsaliensi,

SUB PRÆSIDIO

CELEBERRIMI VIRI,

D:NI JOHANNIS HERMANSON/

Eloqv. & Polit. PROFESS. Reg. & Skytt.

Pro GRADU,

Examini publico submittit

MAGNUS LÖNBOHM

PHILIPSTADIO - WERMELANDUS,

In Auditorio Gustaviano Majori, ad diem 27. Maji, MDCCXXXIV.

Horis, ante meridiem, consvetis.

UPSALIÆ, Literis WERNERIANIS.

Kongl. Maj:ts
Högtbetrodde Man och Råd/
Then Högwälborne Herren/

Grefwe OLOF TÖRNFLYCHT,

Grefwe til Nynäs/ Fri-Herre til Ehrstawik/ Herre til Kumla ꝛc.

Min Nådige Herre/

HWar som Kungarnas thron/ i Norden af Hedenhös warit/
At ther Wishetens hof nu grönskas/ man länge erfarit/
Man har länge ther sedt/ hur odygder mannerlig söfwas/
Och hur ther wett och konster/ i dygd och ärbarhet öfwas/
At thet sägas kan: Si! thet landet nog flyter af honung;
Ty sielf wishet ther bor/ regerar och styrer/ som Konung

uti

Utt thet land jag warit / som bi och honungen sugit /
Uhr thet grönskande gräs / som nyttigt har warit och
dugit.
Ur the liljor / som himmels söt must och olja ej trutit /
Men som stridaste ström sin must och honung utgutit:
Ur the roser / som hafwa förmått en sådan must gifwa /
At af ett omoget wett ett mognare lättlig kan blifwa.
Ändtelig har jag sökt the gamle Poëternas parker /
Och fåt smaka thes must och honung i grönskande
marker;
Af then honungen har jag ofta mig ätit helt mätter /
Som långt bättre är / än thet man för Konungar sätter /
Har ock funnit thes kraft / thes nytta / thes förmån så
riker /
At then skönaste rätt för thenna kost lättelig wiker.
At jag theße besökt / thet kan mitt arbete wisa;
Fast thet icke kan mot fulkomliget arbete spisa;
Fast the rosor jag satt ej fåt the diupaste rötter.
Wil jag dock lägga them ned för Edres HögGrefliga
fötter /
Och uti underdån ödmiukhet ber / the nådigt uptagas /
At theß grönska nog klen ej måtte bortblekna / för-
swagas.
Dock ej twifla jag kan på Eder HögGrefliga Nåde;
Ty wi dagelig then / som klaraste Solen beskåde /
At ju Ehr Excellence wil med wanliga nåde uptaga /
Hwad jag lägger här fram och nådigt altsammans
behaga /
Eder HögGrefliga Nåd sin nåde har på mig så gutit /
Som den stridaste ström har någonsin fallit och flutit.
Hwarföre jag ock wågar mig med mitt arbete ringa /
Fram för Er Nåde-stol och i nedrighet nåden wil tinga:
Mien

Men jag fäller min fiäder/här ned jag måste alt lemna
Ty jag warse blir ett för mig rätt odrägeligt ämne/
Efter jag wärdelig ser/ mig ej nog kunna beprisa
All then ynnest/ som Nådige Grefwe J plägar mig
wisa/
Fast jag ofta nog druckit har utaf Poëternas källor/
Kan jag dock ej: men strax min penna här fäller/
Låt allenast HögGrefliga Nåden Ehr therta beskåla/
Så får jag se/ hur nåde wil glädie på papperet måla.

Eders HögGreflige *Excellences*

underdån / ödmiukaste tienare
MAGNUS LONBOHM.

Clarissimo Philosophiæ CANDIDATO,
D:NO MAGNO LÖNBOHM/

De
Poësi Sveo-Gothorum veteri
& hodierna,
Egregiè *pro gradu* differenti.

Laurigeri vates, Arctoi lumina Pindi,
Sacra cohors Phœbo Pieridumque choro.
Plaudite nunc vati, qui vestra vireta pererrans
Præcipit Aonia carmina blanda lyrâ.
Carmina, Virgilio queis Mæonioque poëtæ,
Principibus vatum, vos probat esse pares.
Thespiades, LÖNBOHM, *doctæ Tibi frontis honores,*
Arbore de Daphnes, præmia digna dabunt.

JOH. HERMANSSON.

Til
Herr CANDIDATEN
MAGNUS LÖNBOHM.

Ast jag en liten tid wid Sala strander warit/
Dock altid jag af Er/ Herr Candidat, erfarit/
En dygde-regel/ som oß altid förelyst/
J lärdom/ lefnad/ och i dygder som J hyst.

Ehr lärdom nogsamt syns af thet J sammanskrifwit
Om Swänska Poësi'n, och fram i ljuset gifwit/
Till nytta för en hwar/ som älskar versers dicht:
Then prisar thetta wärck/ och wisar skyldig plicht.

Men hwad skal jag framte/ som kan ehr möda löna?
En trogen önskan jag/ men andre bladen gröna/
Här gifwer fram åt Ehr/ som hunnit til then högd/
Ther Pallas sielfwer bor/ och finnet sig rätt nögd.

Utaf ehr Skalde konst/ then J med möda letat/
Och wisen många slag/ theß nytta efterstretat;
Hur' nyttig then ock är/ här af kan dömas nog/
Ock J/ Herr Candidat, berömmes med alt fog.

Minerva med theß Chor skall snart ehrt hufwud kröna/
På Pindi höga kull/ ehr möda ocksä löna
Med ymnoghet af godt och Lager Crantzen skön/
Som nu ehrt arbet får til täck och härlig lön.

Framdeles unn' Ehr Gudh alt lyckligt ochså gånga/
Han göre lyckan fast/ i dar och åhren många/
Ehr lycka wäre til/ med nöje tusendfalt/
Thet önskes utaf fler/ af mig och öfwer alt.

Joh. Henr. von Rappolt.

I. N. J.

PRÆFATIO.

§. I.

POëtæ, natura & ingenio felices, 1) apud veteres, tanti æstimabantur, ut divini, 2) & sancti adpellarentur, 3) & sermo illorum divinus: eam, sine dubio, ob caussam, quoniam oracula illorum ligatè responsa sua dedisse, fertur. 4) Censebant quoque, aliquid divini Poëtis inesse, & à divino quodam spiritu duci. 5) Unde etiam illud videtur esse, quod, apud omnes omnino nationes, magno habiti honore, 6) & ad magna quævis officia obeunda, evecti sint 7).

1) Ad poëtam felicem, non requiritur solum τέχνη, sive ars, sed imprimis φύσις, sive natura. *Poëtam* enim, inquit Eloquentiæ parens, in Orat. pro Archia Poëta, cap. 8. *natura ipsa valere, & mentis viribus excitari.* Poëta, naturá pollens, sine arte, at nunquam,

 sine

ſine natura, bonus eſſe poteſt. Si vero ars & natura concurrant, optimus eſt. De natura verò, ſive temperamento Poëtico, agemus in §. IIdı.

2) *Divinum*, apud veteres, dicebatur omne excellens, & communem conditionem, aliqua in re, excedens: ut Cicero, *divina virtus*, *divina liberalitas*. Homero quoque uſitatum eſt, homines præſtantes, in aliqua re, Θείυς vocare. *Scipionem Africanum* Cicero vocat *divinum hominem*, in Orat. pro Archia Poët. quia non celebratur alius, inter Romanos, virtute præſtantior illo.

3) Sic Cicero Ennium infert, in Orat. pro Arch. Poët. adpellantem *Poëtas ſanctos*; & Ovidius, in Lib. III. de Art. am. v. 539. *ſacros vates:*

\- \- *Adde, quod inſidiæ, ſacris à vatibus, abſunt.*

4) Narratur, ſacerdotem Pythiam, virginem Apollinis Pythii, quæ ori ſpecûs inſidens ſpiritum fatidicum prodeuntem recipiebat, & ſic oracula reddebat, vid. Nep. Milt. Cap. I. ea hexametris dediſſe, ut Plinius adſerit.

5) *Poëtas, quaſi divino quodam ſpiritu, inflari*, adfirmat Cicero, in Orat. pro Arch. Poët. & Pelignus vates, de ſe ipſo, in Lib. Faſt. 6. fatetur:

\- \- \- *Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo*;

& in Lib. 3. de Art. am. v. 549.

\- \- \- *Eſt Deus in nobis, & ſunt commercia cæli.*

6) Poëtæ, omni temporis ævo, in ſummo habiti ſunt pretio: ut clarum eſt, exemplo Alexandri Magni, qui Homerum ac Pindarum magno proſequebatur honore; & veterum Scandianorum, apud quos, tanti æſtimabantur, ut *ipſi Principes, proprias filias ipſis, in conjugio, adſociare, non dubitaverint*: de qua re conf. Thorm. Torf. Ser. Reg. Dan. Lib. I. Cap.

7) Die Nordiſchen Poëten ſtiegen zu den gröſten Ehren-

Aemtern

Ämtern des Reichs / und begleiteten immer die Personen des Königes. De qua re, vide tractatum quendam, qui vocatur Etlicher guter Freunde Academische Neben-Stunden / und 3. Nachricht / von Ursprung der Deutschen und Nordischen Poësie. *Conf. Vormium, in Fast. Dan. Loccenium & alios.*

§. II.

Poëtam verò strictè sic dictum non adpellamus unumquemque, qui versus, rythmis solum constantes, conficit 1): quoniam sic Bavii & Mævii 2) Poëtis annumerandi sunt; sed qui, Enthusiasmo quodam Poëtico 3) correpti, ejusmodi carmina componunt, 4) quibus non metrum solum, 5) sed etiam anima inest. 6)

1) Distinctionem faciunt unanimiter eruditi, inter *ποιητὴν*, h. e. Poëtam, & *στιχοποιὸν* h. e. Versificem. Poëtam vocant, qui carmina condit, secundum regulas prosodaicas; Versificem verò, qui non tam sollicitus est, de accentu, syllabis, pedibus, &c. quam de Rythmis, e. g. *Johannes Grapp*, qui novellum Poëtam carminalem se salutari voluit, & Latinos versus, deliciis Poëtarum omninò destitutos, cecinit:

Mittit epistolio, salutem Grappus in isto,
Sicut decet juvenem, qui amat suum præceptorem.
Si non benè sonant, veluti vestra quoque tonant.
Nec sumus omnes pares, magistri sive scholares.

Sic quoque rusticus quidam Svecanus olim cecinit; qui, quando interrogabatur, à nobili quodam; ut vales? ejusmodi responsum dedit.

Går fel an må' hd /
Wärst á går så gali tå:
Drängjane á' på kiogen /
Drecka opp all skogen;

De hugga/ som satar/
Ta bort bå' stubbar å' stafar/
Ta' bort alt hå' ja' har/
Sämna assinte qwar.

De qua re, legi potest Mag. Jacobi *Pratenii* Dissertat. Grad. De Poësi Svecana hodierna. Sic ante annos haud ita multos, quidam veteranus vigil urbicus, & caminorum converritor, hic Upsaliæ vixit, nomine *Matthias Matthiæ*, ex functione sua, cognomen sortitus, ut Sot-Maths vulgo diceretur: qui nihil ferè, cum aliis, nisi metricè loquebatur; sed absque omni artificio. Unde constitit, genium ei poëticum, a natura, adfuisse; ut si, junioribus annis, artibus liberalibus excultus fuisset, inter præstantissimos poëtas, censeri potuisset.

3) Bavius & Mævius fuère olim ineptissimi Poëtæ, quorum uterque Virgilio suam invidet, in carminibus scribendis, felicitatem. De quibus ipse, Ecloga III. v. 90.

- - *Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi.*

4) Enthusiasmus est vocabulum, origine Græcum, & derivatum, ab ἔνθεος, per crasin, ἐνθεῦ, *in quo, Deus est, seu adflatus & instinctus Dei.* Licet *Christ. Aug. Heumannus in Miscellaneis suis Epistolis Tom. I. Lib. II. Epist. 13.* contrariam planè, in medium, proferat sententiam: putans, cum *Æliano*, ἐνθουσιασμὸν derivatum esse, ab ἔνθα, h. e. *intus*, & ὁσία *natura*; quod tandem ita explicat, ut significet *internam commotionem*: tamen sententiæ priori adplaudere necessum est; quoniam omnes ferè, & quidem præstantissimi Lexicographi, in eo conveniunt, hoc vocabulum derivari, ab ἔνθεος; ita ut *divinam inspirationem & operationem* significet. Solet quoque ἐνθουσιασμὸς aliis condecorari nominibus, à profanis scriptoribus; quippe qui *instinctus divinus, adflatus divinus, instinctus cælestis, mentis vires, concitatio & inflammatio animorum*

rum, adflatus quasi furoris, Ciceroni; *instinctus facer, raptus & furor Poëticus, mota mens,* Senecæ; *Deus in nobis, commercia cœli, impetus Poëticus, impetus sacra semina mentis habens,* Varroni; *ingenii benigna vena, Horatio; pars quadam uberior divina aura*, Lipsio dicitur. *Vid. Sebast. Kortholt. diss. De Enthusiasmo Poëtico.* Per Enthusiasmum Poëticum verò, nos Christiani intelligimus *vividam imaginationem Poëtarum, sive felicitatem imaginandi*, quæ, non a dæmone, ut Mahomet vult, in Alcorano, neque ex Castaliis, ut Græci putant; neque ex sangvine *Kuaseri*, quem *Fialarus* & *Gualarus* occiderunt, & sangvinem ejus melle miscuerunt, ut narratur, in Edda, & 60. Fab. *de Odino*, qui astu abstulit potum istum, & magnus factus est Poëta; sed ex Phantasia hominum, quæ quoque diversa est, pro diverso cujusvis temperamento. Notum enim est, Phantasiam, in aliis, vehementiorem, in aliis verò, remissiorem esse. Alii prævalent, vi judicandi; alii, vi imaginandi. Cum vero hisce immoramur, pauca disserere necessum ducimus, de temperamento Poëtæ, ex quo, Enthusiasmus ille originem suam ducit. Ardua sanè res est; quoniam certi quidpiam, hoc in argumento, statuere, non possumus; nec ea felicitas mihi contigit, ut ad manus meas pervenerit laudata admodum, *Dn. Bartholdi Feindii Præfatio, traductioni Satyræ, de Laude avaritiæ, præmissa, qua Hamburgi, Anno 1704. in Octavo prodiit;* & præter hunc, nescio, an aliquis argumentum nostrum, ex professo, pertractaverit. Interim tamen mentem meam, in hoc argumento, non possum non exponere, & aliquam rationem hujus dispositionis, in corpore, tradere, quæ, ad Poësin, specificè inclinet; ne quis eo stoliditatis progrederetur, ut, invitâ Minervâ, & repugnante planè natura, ad excolendum hoc studii genus, mentis vires intenderet. Determinaturis vero nobis, quodnam,

ex temperamentis, maximè omnium, ad felix Poëseos exercitium, disponat, facilius fortè esset, aliorum, hac in re, opiniones destruere, quam certi quidpiam adstruere: interim tamen liberum unicuique relinquentes judicium, id dissimulare nequimus, sangvineum, sic dictum temperamentum, vel simplex, vel aliis ita permixtum, ut primas hoc semper teneat, Poësi addiscendæ & exercendæ aptissimum nobis videri; idque, eam præcipuè ob caussam, quod, ex hac, imaginandi facultatem & fingendi promtitudinem derivent semper Medici. Quibus, hoc in argumento, haud aliter ac in arte sua, artifici, credendum esse, existimo. Accedit, quod, uti in sangvineis, fibræ moderatè sunt adstrictæ, sangvis modicè compactus, placidoque admodum, unà cum purissimis inde secretis spiritibus, alveo motus; ita nec nimis impetuosæ, uti in cholericis, nec nimis tardæ, ut in melancholicis, nec langventes nimis, ut in phlegmaticis, statui solidorum & fluidorum respondentes animæ sunt functiones; sed tranquilli admodum, promtissimi, interim sunt, placidè volitantes quasi, horum animi impetus; cujus generis sunt, quos, in futuro requirimus Poëta.

4) *Carmen* nonnulli deducere volunt, a *Carmenta*, Nympha, Evandri matre. Præstantissimi verò Lexicographi existimant, à Verbo, *Cano*, *Carmen* esse, quasi *Canimen*. Differt *Carmen*, à *Versu*, quod, scilicet, illud, de toto complexu multorum versuum, dicitur, secundum usitatissimam carminis definitionem: *Est concinna versuum, in unum corpus, congeries;* seu illud Epigramma, seu Ecloga, seu Satyra, seu Oda fuerit, vel aliud. *Versus* autem derivatur, à *Vertendo*, & propriè significat *sulcum*, in agro, à fronte, sive capite, ad finem perductum. *Versum vocabant rustici*, inquit Scaliger, Conjectan. in Varron. pag. 73. *cum sulco, ad finem, perducto*,

perducto, *iterum reditur eò*, *unde arationis principium suscipiebatur*. *Ab eo*, *Græci*, ut ait Pausanias, βουστροφηδὸν γράφειν, *dicebant*; *cum uno versu peracto*, *in pagina*, *inde sumitur initium*, *ad alium progrediendi*, *ut in arato*. Versus itaque vocatur, sive unus pentameter, seu hexameter fuerit, vel alius.

5) Acris contentio est, inter Grammaticos, an potius, à carmine faciendo, quam fabulis fingendis, Poëta dicatur? Nos verò statuimus, tria concurrere requisita, ad constituendum Poëtam, *spiritum*, scilicet, *Poëticum*, *Dictionem metricam*, & *Fictionem*, seu, *animam*: Si enim Spiritus Poëticus absit, versus non spontè quasi labuntur, sed coactè trahuntur: Si dictio metrica; nulla est differentia, inter orationem ligatam, atque solutam: Si denique fictio, quæ est, quasi anima poëseos, versus non sunt vividi, sed mortui.

6) Per animam Poëseos, intelligitur imitatio aliorum, & fictio. Imitatio & fictio est, quasi anima, in corpore: Sicut enim corpus est mortuum, anima absente; ita quoque versus sunt, quasi mortui, sine imitatione & fictione. Quapropter Poëtis præstantioribus, Virgilio, Ovidio, Horatio & aliis, curæ cordique fuit, animatam imitationibus & fictionibus reddere Poësin suam, quod abunde patet, ex poëmatibus illorum.

§. III.

Officium Poëtarum duabus præcipuè absolvitur partibus; docendo, 1) scilicet, & delectando. 2)

1) Sicut Poëta debet esse & magister morum, & disciplinarum; ita quoque ei incumbit, *vividè*, seu *dilucidè*, h. e. ejusmodi verbis, exprimere imaginem, sive virtutum, sive vitiorum; ut, ab unoquoque, intelligatur; ne hæsitare necessum habeant, *discernere*, *an*

avem

avem intelligat. Deinde *caste*, ut τὸ πρέπον observet: ne sacram hanc gymnadem adeat, ut lupanar, in qua, Laïdes, pro Musis, coluntur. Magistrum igitur morum agit Poëta, quando, vel sub fabularum integumentis, vel narratione historiæ cujusdam, virtutes commendat, & vitia dissvadet: quoniam Poëtæ, non præceptis, sed laude & vituperio, informant. Sic vitium ambitionis *Ovidius* dissvadere vult, in fabula, de Phaëthonte, & virtutem istam: *Nosce se ipsum*, inculcare. Veram quoque historiam narrando, Poëtæ vitia dissvadent, & virtutes commendant. e. g. *Homerus*, in Historia, de Ænea & excidio Trojano. Magistrum deinde disciplinarum agit Poëta, quando totam aliquam disciplinam, sermone ligato, comprehendit: sicuti *rerum naturam* exposuit Lucretius; *Astronomiam*, Manilius, *Medicinam* Democritus, Aratus, Æmilius Macer, Nicander. &c.

2) Sicut Præceptor, interdum severo vultu, interdum iterum blando, & quasi cum lusu, informat discipulos, bonis literis; ne, nimia severitate, animis deficiant; ita quoque Poëta se gerere debet. Debet delectando docere; quod fit, quando fit *svavis*, tam in inventione, ut ejusmodi fabulas fingat, quæ auditores & lectores adtentos & dociles reddunt; quam in modo loquendi, ut stilus sit grandis & magnificus, qualis invenitur, *in Odysea & Iliade Homeri*, *Virgilii libris Æneidos.* Deinde sermo ejus debet esse *conveniens personæ, rei, & tempori:* ne lætas res tristibus, & tristes lætis immisceat; & quantum fieri potest, verba, sententias & res personæ, rei atque tempori adcommodet. Tum demum sermo ejus erit *purus*, à vitiis, h. e. debet Poëta, de vitiis, disserere, ut Ethicus, qui ea non proponit, ut induamus; sed ut fœditate & omni earum ratione demonstrata, vitare cautius possimus. Tandem cavendum

dum est, ne *profana sacris admisceantur*; sicuti antiqv. *Hieron. Vida*, Sacram Synaxin adumbrans, per *Cererem*, panem, seu corpus Christi, & per *Bacchum*, vinum, seu sangvinem ejus, intellexit. Sic quoque, in *Licentii*, ad *B. Augustinum, Magistrum suum*, carmine, legimus:

- - - *Tibi noster Apollo Corda replet;*

Quando de Christo loqueretur. *Conf. Aug. Buchneri, Orat. III. De Nominibus idolorum, in carmine.*

§. IV.

Hinc communiter solet Poësis definiri, quod sit illa *Philosophiæ pars* 1), *quæ docet delectando, & delectat docendo.* 2)

1) Omnis definitio Logica debet constare, genere atque differentia specifica. Genus itaque, in allata definitione, est *pars Philosophiæ.* Sicut enim omnes disciplinæ Philosophicæ veritatem demonstrant; ita quoque Poësis; licet non per præcepta, tamen repræsentando, per fabulas & ingenuosas inventiones. Verum heic semper quæri solet: *Si Poësis sit Philosophiæ pars, ad quam itaque Philosophiæ partem spectat? Resp.* Ad Realem Philosophiam, minimè referri potest Poësis: quia ejusmodi philosophia, propter se, & non propter alias disciplinas addiscendas, discitur, sicut Philosophia instrumentalis; Poësis verò, non propter se, sed propter alias, addiscitur. Ergo, ad instrumentalem, referri debet; & licet, ad instrumenta Philosophiæ, referatur; est tamen pars ejus; & quidem eodem modo, quo pes est, & pars, & instrumentum corporis. Poësin præterea pertinere, ad Philosophiam, ipse Cicero demonstrare videtur, quando definitionem ejus tradidit: *Poësis est Philosophia, numeris & fabulis concinna, quâ, honestarum artium doctrina, & præcepta, de moribus, continentur, ad usum simul & delectationem.*

2) Differentia specifica, in definitione, supra à nobis allata, est: *quæ docet delectando, & delectat docendo.* Commune

ne est omnibus Philosphiæ disciplinis, *docere;* at hoc proprium est Poëseos, *docere* scilicet *delectando.*

§. V.

Licet Poësis non antiquior, 1) tamen præstantior quibusdam videtur esse, Oratoriâ 2) Quando verò & unde hæc ars originem suam trahat, nihil certi statuere possumus. Hoc tamen infallibile videtur, Poësin populo Judaico originem debere 3); licet Græci velint, hanc sibi vindicare gloriam. 4)

1) Ligatum sermonem esse antiquiorem soluto, ordo naturalis negat: quoniam, cum natura, consentaneum videtur, initium facere, a facilioribus, & tandem, ad difficiliora, procedere; sicut tritissima sonant proverbia: Man måste krypa / förr än man kan lära gå; & Man måste förr lära gå / än man kan lära rida.

2) Sicut enim *minor est labor, ad tangendam lyram & tibiam, quam tubam inflammandam: ita quoque Poësis plus spirituum & artis, & robustiora exigit latera.* Vid. Massenii Palæstram Eloquentiæ ligatæ, Cap. III.

3) Inventio Poëseos, sine omni dubio, est adscribenda populo Judaico: quoniam, ex nullis profanorum scriptorum monumentis, colligi potest, Poësin, ab aliis, inventam esse, quam à populo Judaico. Cum enim omnis musica, tam vocalis, quam instrumentalis, agnoscat Poësin matrem; sequitur quoque, Poësin, si non prius, tamen tempore Jubalis, qui primus fuit inventor tibiarum, ut constat, ex Gen. IV: 21. inventam esse.

4) Omnes historici, uno quasi ore, adfirmant, Mosen, qui, & solutè, & ligatè scripsit, quod patet, ex Exod. 15, exstitisse, multo ante tempora Homeri & Hesiodi, qui antiquissimi sunt Poëtarum Græcorum. Præterea quoque, illo tempore, quo tibiæ primum inventæ sunt, nondum Græcia exculta est: quoniam illa, ante conturbationem lingvarum, incognita fuit.

CAP. I.

CAP. I.

De Poëtis & Poësi veterum Sveo-Gothorum.

§. I.

Licet antiqui Sveo-Gothi arcubus & armis, terra marique tractandis, valde dediti fuerint 1); tamen humaniora studia non neglexerunt. Sicut enim nullis aliis nationibus, fortitudine & militia, ita quoque nec, vi ingenii, cesserunt. 2) Excoluerunt igitur, quoties otium illis, à militia fuit, pro ratione illorum temporum, artes liberales, & quidem imprimis Doctrinam Politicam & moralem, Physicam, Mathematicam & Theologicam, Eloquentiam & Poësin. 3)

1) Sveo-Gothos nullam ferè partem orbis intactam reliquisse, plenè testantur historicorum libri. Devastarunt enim Slavorum aut Vendorum, quos vulgo Vandalos aut Vendos vocant, terras. Arma sua victricia circumtulerunt, in Germania, Saxonia, Scotia, Gallia, Italia, Hispania, Lusitania, Thracia & Mæsia, etiam in Africa, *Conf. Loccenii Antiqv. Sveo-G. Lib. 2. Cap. 8.*

2) *Sigebertus Gemblacensis*, *in Chronico suo*, testatur sic, de indole Sveo-Gothorum: *Gothi viribus vigentes, ingenio callentes, philosophiæ quoque disciplinis eruditi, nativam barbariem exuentes, humanitate & honestate, aliis barbaris gentibus præeminuerunt.*

3) Veteres Scandianos, pace fruentes, civilia studia excoluisse, literasque & artem Skaldicam, in pretio, habuisse,

habuisse, *testatur Verelius, in Runogr. Scand. Cap. 3.* Doctrinam *Politicam* magis magisque excoluerunt; ut ad summum fastigium, ratione illius temporis, pervenissent: quod patet, ex Oratione ERICI, quam *Saxo* conservavit, & *Loccenius* nobis exhibuit, in Antiqv. Sveo-Goth. Lib. 2. Cap. 15. pag. 91. Doctrina verò illorum *Moralis* continetur, in Ethica Odini, quæ alias *Havamal* dicitur; in qua, optimas regulas morales & Politicas invenimus: Conf. Etlicher guten Freunden Academischen Neben-Stunden / 3. Nachricht. *Physicam* illis curæ cordique fuisse, clarum est, ex *Voluspa*, quæ *antiquam Septentrionalium physiologiam continet: Vid. Verel. in Not. ad* Hermarar Saga / cap. 2. pag. 44. *Mathesin* quoque; quoniam *Edda*, de terræ figura, pulchrè sic loquitur: Kringlött er Jord / og thar utanumm liggur hin djupe Sjör. *id est: Rotunda est terra, quam profundum cingit mare:* Vid. Mythol. 6. Cognitionem stellarum & siderum habuisse majores nostros, constat, ex *Eddæ Mythol. Cap. 1. & Celeber. Rudbeckii Atlantica, Tom. 3. cap 3. &c.* Statuerunt enim, stellas & sidera, materia purissima & igneâ, constare: notum habuerunt, quodlibet motum suum observare, & signa Zodiaci, ac cetera numerare. *Theologiam* ita excoluerunt veteres nostri, ut Græcorum Philosophi illis cedant; quod facile constat, ex sententia illorum, de creatione mundi. Græcorum nonnulli statuerunt, aquam, nonnulli aërem, esse caussam mundi; nonnulli iterum fortuitum atomorum concursum. *Edda* verò, in Mythol. 3. de Creatione mundi, ita loquitur: Sá er ellstur er allra Guda hiet Alfader. Hann smydade himen og jord / lofted og alla eign therra / og hitt thad mest er / han giorde mannen / och gaf honum Ond: i. e. *Antiquissimus omnium deorum* All fader *(omnium Pater) adpellatur. Is cælum, terram & aërem condidit, omnemque eorum possessionem, & quod maximum est, hominem fecit, cui animam tribuit. Eloquen-*

quentiam, lingua patriâ ita exultam, possederunt; ut non solum minorum gentium viri, sed ipsi quoque principes potuerint unamquemque rem obviam, per figuras, ænigmata, apologos & proverbia, circumloqui & exornare. Conf. Loccen. Antiqv. Sveo-G. cap. 15. pag. 75. & 76. Artem Skaldicam denique maximi fecerunt; Conf. Etlicher guten Freunden Academische Neben-Stunden 3. Nachricht. Quod quoque ex sequentibus patebit.

§. II.

Qui verò Poësin, apud veteres Sveo-Gothos, exercebant, si viri essent, vocati sunt *Skaldi*, Frode / Spake / Bragmán / Harpare / Barder / & Greppar. 1) Si vero feminæ, *Skaldmær*. 2) Poëtaster *Skaldfisl*. 3) Poëseos peritus *Skialdin*. 4) Poësis *Skaldskapur*. 5) Furor Poëticus *Skaldvingl*. 6) Carmen, Wijsa. 7) Cantilenæ, de Heroibus, *Bragerbott*. 8) Poëticè scribere, *Skiellda*. 9)

1) Skaldi dicti sunt veteres Poëtæ Svecorum, ab antiqua & adhuc usitata voce, Skall / quod *Cantum*, vel melius, *Sonum* significat: quia decantabant sua carmina. Unde etiam Skalla / & gå i Skall / est; quod idem est, ac *Venari*: quia, cum clamore & vociferatione, ista res geritur: *conf. M. Rev. Doct. Diurberg Diss. Grad. de Skaldis Veter. Hyperbor.* Frode & Spake interdum dicti sunt, ob sapientiam suam; significat enim frode idem ac *eruditum*, Spake verò *sapientem*, seu *fatidicum*: Vid. *Resenii Præf. Edd.* Bragmán etiam vocabantur; cujus vocis originem petendam esse, ait *Edda*, à Bragur / *Brago Asa*, Vid. *Edd.* Mythol. 24. Bragur verò existimamus oriri, ex Brägda / quod significat, *Mutare*. Unde quoque Bragwise / & Bragur skaldskap h. e. *poësis*, derivatur: *Conf. Verelii Lex. Scand.* Harpare / Lyrista, tribuitur quoque Skaldis, ab

Harpa / vel Haurpa / & Harpa / h. e. *Lyra:* quod iterum, ex *Orpa* vel Horpa / sive Harpa / i. e. *Rapere*, *Prehendere*, *Manu tangere*, nempe citharam. *Conf. Verel. Lex. Scand.* quoniam Skaldi carmina sua modulabantur lyris, sive fidibus. *Vid. Cl. Mag. Vetterfteen Diff. de Poësi Skaldorum septemtrionalium* Cap. 3. §. 2. Deinde Barder seu Bardamán / h. e. *Praliatores* sunt dicti: quoniam res gestas heroum delineabant. Barder autem, à Verbo, Barda / est, quod significat, *Verberare*, *Militare*. Conf. Reverend. A-Episc. Dn. Doct. Spegels Glossar. Greppar denique vocati sunt; quod derivatur, à Greipan / i. e. *Comprehendere:* quoniam Skaldi multa, sermone suo, comprehendebant. *Vid. Verel. Lex. Scand.*

2) *Skaldmær* h. e. *Virgines cantatrices*, originem quoque vocibus, Skall & Mö / debet, quorum hæc idem est, ac Virgo. Vid. Worm. in Fast. Dan. Lib. 1. c. 6. fol. 14. 15.

3) *Skaldfifl*, i. e. Poëtaster, seu *malus Poëta*. Conf. *Edd.* Mythol. 62.

4) *Skiaeldin*, h. e. *Poëseos peritus:* vid. Chron. Norv. cap. 344. pag. 309.

5) *Skaldskapur*, sive *Skaldskapr*, vocabant Poësin: quod videtur compositum esse, à Skall & Skapa. Vid. Rev. Spegels Gloss. Sveo-Goth. Worm. in Fast. Dan. Lib. 1. c. 6. fol. 12.

6) *Skaldvingl* vocabatur *Furor Poëticus*, quod, à Skall / h. e. *Sonus*, & *Wingl* h. e. Vertigo, est: Vid. Vormii Lit. Dan. pag. 193.

7) *Vijsa erat carmen, seu rythmus, quo res gestas sui seculi complexi sunt majores nostri:* quod originem suam ducere videtur, à Verbo, Wijsa / h. e. *Ostendere; ignaro loci viam monstrare;* vel *intento digito, aliquid demonstrare. Veteres enim, quicquid memoria dignum domi forisve occurebat, id ipsum rythmis sunt complexi; ut ita felicius ac facilius, ad posteros, propagaretur, auditorum animis instillaretur,*

tur, ac memoria imprimeretur. Vel etiam derivari hoc potest vocabulum, à Wijs / quod *sapientem* notat; ita ut Wijsa idem sit, ac *sapientia*; eò quod veterum Sapientia, prudentia rerumque peritia, in hisce fuerit comprehensa. Vid. Worm. Lit. Run. pag. 176.

8) *Bragerbott*, h. e. *Nuncius virorum fortium*, derivatur, à *Bragar*, h. e. *Heroës*, & *Bott*. h. e. *Nuncius*. Conf. Rev. Spegels Gloss. Sveo-Goth. Verel. Annot. in Cap. 9. Histor. Sveo-Goth. Morhoff Unterricht / von der Teutschen Sprache und Poësie, II. Theil cap. 8. pag. 402.

9) *Skielda* Verbum, à Skall / quod significat, *poëticè aliquid aescribere*: Vid. Loccen. Antiqv. Sveo-Goth. Cap. 15. pag. 74.

§. III.

Ordo jam requirit, ut Poëseos Svecanæ originem inquiramus. Verum hæc, ardua sanè res est: quoniam Historici & antiquitatum Sveo-Gothicarum scriptores, hac in re, dissentiunt. Alii enim volunt, Poësin nostram primum ortam esse, Anno mundi Bis Millesimo 1) Alii, tempore Pompeji M. Romanorum ducis 2) Alii iterum incipiunt, à Poëta quodam, nomine *Bragde Senior*, qui vixit, sub Eisteno sancto 3) Et adhuc alii, Anno, post natum Christum, Millesimo Centesimo Quinquagesimo; & initium faciunt, ab *Hallbiörn Hale*, qui vixit, sub rege Canuto 4) Ex hisce verò quatuor, jam enumeratis sententiis, amplectimur ultimam, & initium inde facimus: quoniam non solum tutissimi tum ibimus, sed etiam ab illo tempore, possumus, decenti ordine, omnes enumerare, & certum statuere tempus, quo circiter scripserunt. Reliquas verò rejicere nec possumus, nec debemus; habent enim sua fundamenta.

1) Celeb.

1) Celeb. Rudbeckius adserit, *Attinum*, seu *Othinum*, Asia & Oriente duobus fratribus relicto, ad hunc orbem nostrum borealem, profectum esse, Anno circiter bis millesimo, & primo, invenisse Runas, ac artem Skaldicam excoluisse. Hic *Attinus*, seu *Othinus*, distingvendus est, ab *Attino* Secundo, qui, sub initio Monarchiæ Græcorum, huc advenit. Pater Prioris *Attini* fuit *Boreas*, & avus ejus *Bureus*. Posterioris verò *Attini* pater fuit *Fridulphus*, & avus, *Freavinus*, ac gradibus plus quam 40, ab *Attino* prisco, seu primo, remotus fuit. *Confer. Atlant. Cap. 7. Tom. 1.*

2) *Sheringham* Cap. 13. Odinum Secundum excoluisse artem Skaldicam, in septentrione, existimat, qui, eam ob caussam, vocabatur Hagyrfur/ h. e. *commodè rythmos edens:* unde & carmen *Odins miod*, h. e. *Odini mulsum*, dictum est, & pater Skaldorum. Non verò existimandum est, Odinum hunc planè Asiaticum fuisse, sed vel in Sveonia natum, atque post longam peregrinationem, redeuntem, vel in Asia, ex stirpe tamen Gothorum hinc egressorum, duxisse originem. Vid. Max. Rev. Dn. Doct. Dan. Diurberg Diss. Grad.

3) *Olavus Vormius*, in lit. Danica, pag. 249. nobis tradidit catalogum quendam Skaldorum Sveciæ, & incipit, à Skaldo quodam, *Bragde Senior* dicto, ac hoc ordine, reliquos enumerat:

Sub sancto Eisteno
- *Bragde Senior*
- *Grunde Prude*
- *Erpur Lutande*
- *Kalfur Thronske*
- *Refur Ruscke*
- *Ormur Osrame*
- *Olvalde og en Olvalde*
- *Avalde*
- *Ilein Skald*
- *Rogn Valdur*

Sub

Sub Biornone ad Hauge	*Bragde Senior* *Erpur Lutande*
Sub Erico Tæfeli f.	*Alfur Jarl hin Litle*
Sub Sturbiornone forti:	*Ulfur Sulo Jarl*
Sub Erico Victorioso:.	*Thorvaldur Hialtason*
Sub Olao Fonske	*Gunur Laugur Ormstunga* *Rafn Omundarson* *Gissor Suarte*
Sub Omundo Olai f.	*Siguardur Skald Thordarsson*
Sub Ingone Stenchilli,	*Marcus Sagiason Lögsögn Madur*
Sub Suerkero Kolson	*Einar Schulason* *Haldor Squaldre*
Sub Canuto Erici	*Halbiorn Hale* *Thorstein Thorbiarnarson*
Sub Suerkero Caroli f.	*Sumarlida Skald*
Sub Erico Canuti.	*Thorgeir Danaskald*
Jonas Sverkeri f.	*Grane Hialbranarson*
Sub Erico Erici,	*Olaus Thordarson*
Sub Jona Barone Suerkeri f.	*Einar Schulason* *Haldor Squaldre*
Sub Sonæ Barone Ivari f.	*Haldor Squaldre*
Sub Carolo Barone sone f.	*Haldor Squaldre*

4) *Johannes Schefferus*, *in Svecia sua literata*, initium, enumerandi Skaldos Veterum Sveo-Gothorum, facit, circa annum 1168, post natum Christum, & quidem, à quodam, qui vocatur *Hallbiörn Hale*, ab illo quoque, nos initium facimus, & Schefferum, in sequentibus, sequimur.

§. IV.

Missis superioribus seculis, ad seculum, post Christum natum, duodecimum, nos statim conferimus; inquirendi gratiâ, quot & quinam *Skaldi*, hoc vergente, floruerunt. Mo-

numentis igitur doctorum perlustratis, invenimus solum quatuor, qui clari fuêre. & hanc artem exercuerunt, nempe, *Hallbiörn Hale*, 1) *Torstein* Thorbiörnarsson / 2) *Summerlide*, 3) & *Torgier Danaskald.* 4)

1) Imperium tenente, in Sveonia, Rege *Canuto*, circiter anno 1168, floruit *Halbiörn Hale*, quæ verò carmina illius, & quibus titulis insignita sint, in hunc usque diem, nobis ignotum est.

2) Sub eodem quoque Rege, artem Skaldicam exercebat *Torstein Thorbiörnarsson*, cujus quoque opera tenebris oblivionis involuta sunt: vixit Anno 1168.

3) *Sverkero VII*, in Svecia, regnante, clarus fuit Skaldus *Summerlide*, seu *Summarlida Skald*; cujus nulla supersunt carminum monumenta: vixit, anno circiter 1192.

4) Sub eodem Rege, & eodem tempore, putatur *Torgier Danaskald* carmina, licet nobis ignota sint, condidisse. Hoc tamen credibile videtur, hunc, unà cum tribus superioribus, res gestas Regum & Heroum rhythmis complexum fuisse; quoniam olim nemini hic titulus, Skaldi scilicet, datus est, nisi hoc fecisset. *Teste Scheffero*, *in Svec. Lit. pag. 3.*

§. V.

Proximo seculo, scilicet decimo tertio, ad finem, lapso, *Grane Hjalbjarnarson*, 1) *Jonas Suerkeri*, 2) *Olavus Tordeson*, 3) & *Brynolphus* vixerunt. 4)

1) Erico X, ad regium fastigium, evecto, *Grane Hjabjarnarsson* officium Skaldi obiit; cujus carmina, temporis tineâ, exesa sunt: vixit circiter, Anno Christi 1202.

2) Eodem quoque tempore, *Jonam Sverkeri VII. filium*

filium carmina edidisse, narratur. Licet enim, ex sanguine regio, natus fuerit, vile tamen non duxit, Skaldi officium & personam gerere: quoniam, eo in pretio, habiti sunt Poëtæ, apud veteres Suecones, ut etiam Reges, adnumerari sese sodalitio eorum, non libenter modò tulerint, sed ambitu etiam quæsiverint. *Test. Scheffer. in Suec. Lit.*

3) Imperium agitante *Erico Balbo*, in patria nostra, *Olavum Tordeson* Skaldum, ex catalogo Wormiano, exstitisse, notum est, Anno circiter 1223, sed quæ & qualia illius fuerint carmina, ignotum est.

4) Sub *Birgero Magni*, vixit *Brynolphus*, Domini Algoti Sture filius, Canonicus Scarensis, Decanus deinde Lincopensis, & denique Episcopus Scarensis; qui tandem, in sanctorum numerum, relatus fuit, ut testatur *Messenius, in Chronico Episcop. pag 78.* Hic cantum & historias, *de spinea Christi corona*, composuit, An. Chr. 1290.

§. VI.

Præterlapso seculo decimo quarto, duo Anonymi, 1) *Petrus Olavi*, 2) & *Brynolphus*, 3) scripserunt, rhythmis Svecanis.

1) *Magno Erici Smek* imperium tenente, *Anonymus* quidam, in lucem, edidit *Chronicon rhythmicum majus*, à se concinnatum, quod postea, à *Johanne Hadorphio*, editum est, Anno 1674. vixit hic circiter anno 1319. Sub Rege verò *Alberto*, alius *Anonymus* historiam Alexandri Magni, rhythmis Svethicis, ad nutum *Dn. Boo Jonsson*, Regni Sueciæ Drotseti, conscripsit, quam postea edidit *Johan. Hadorphius*, anno 1672; vixit circiter 1363.

2) *Petrus Olavi*, Prior Ordinis Cisterciensis, in Cœnobio Alwastra, & Confessionarius *S. Catharinæ*, ut narrat *Vastovius*, *pag. 117*, Cantum, cum hymnis, à se concinnatum, edidit, eodem quoque tempore.

3) Anno circiter Christi 1397, imperante Rege, *Erico Pomerano*, vixit *Brynolphus* Episcopus Scarensis, & *Chronicon omnium Episcoporum Scarensium*, ad suam usque ætatem, rhythmis Sveticis concinnatum, in lucem publicam emisit.

§. VII.

SUb seculo decimo quinto, quinque Skaldi vixerunt, qui orbi erudito monumenta sua, nescio quam ob caussam, anonyma communicarunt.*

* *Primus* vixit, sub Rege, *Carolo Canuti*, circiter an. 1448, & scripsit *Chronicon Rhythmicum minus*. *Secundus* floruit, circiter anno 1464, quo *Carolus Canuti* iterum occupavit regnum Sveciæ, postquam à *Christierno I.* ejectus esset, & continuationem primam *Chronici Rhythmici* edidit. *Tertius*, sub *Stenone Sture seniore*, circiter Anno 1470, continuationem tertiam *Chronici Rythmici* majoris publicavit. *Quartus* vixit, eodem tempore, & in lucem, emisit continuationem quartam ejusdem *Chronici Rhythmici*. Et *Quintus* denique quintam continuationem ejusdem *Chronici Majoris Rhythmici* scripsit, qui, sub *Johanne II*, circiter Anno 1497. vixit.

§. VIII.

PRiusquam seculum decimum sextum, ad medium usque, prolapsum esset, quatuor Monumenta Rhythmica, in lucem, emissa fuêre, ab Anonymis. 1) Inclinante verò seculo, Rex *Ericus*, 2) *Petrus Andreæ* Swart, 3) *Johannes Olavi Lincopensis*, 4) varia specimina artis Skaldicæ erudito orbi porrexerunt. Magis denique, ad finem, vergente, *Erasmus Ludovici*, 5) *Jacobus Erici Skinnerus*, 6) carmina sua unicuique obtulerunt.

1) *Primus* eorum vixit, sub *Christierno II. Tyranno*, circiter

circiter Anno 1520, & fecit quasi *appendicem Chronici Rhythmici* majoris, qui vitam *Stenonis Sture senioris, Johannis Suantonis Sture, Stenonis Sture Junioris, & nonnulla Christierni* complectitur. *Secundus* floruit, sub *Gustavo I.* circiter Anno 1520, & *Comœdiam Tobiæ*, rhythmis Sveticis, edidit. *Tertius*, sub eodem Rege, & anno circiter 1556, Carmina, *de Passione & Resurrectione Christi*, rhythmis Sveticis, in lucem prodire, curavit. *Quartus* denique, sub eodem Rege, vixit, circiter Anno 1558, & edidit *Chronicon Rhythmicum*, Danicè ac Sveticè.

2) *Ericus XIV.* Rex, Skaldis etiam annumerandus est: ille enim, anno circiter 1560, *cantilenas aliquot sacras* composuit, ut: Beklaga / af alt mitt sinne / må jag &c. *item:* O! Gud hwem skall jag klaga &c.

3) *Petrus Andreæ* Swart / Gustavi I. Concionator primò Aulicus, deinde Episcopus Arosiensis, vixit, circiter anno 1560, & concinnavit *Chronicon Rhythmicum*, *res gestas Gustavi I.* complectens.

4) *Johannes Olai Lincopensis*, Consul Lincopiæ, rythmis Sveticis, delineavit *tyrannidem Christierni II*, & vixit circiter 1560.

5) *Erasmus Ludovici*, *Johanni III.* Regi à secretis, publicavit varia *Epithalamia & Epicedia*, sermone & soluto & ligato: ex quibus, quantum nobis constat, nihil editum est, præter *Descriptionem Norvagiæ & Jemtiæ, à Clar. Hadorphio, subjunctam Chronico S. Olavi, Norvagiæ Regis*, Rhythmis conscriptam: quo verò tempore, hic vixerit, incertum est.

6) Agmen Skaldorum hujus seculi claudit *M. Jacobus Erici Skinnerus* Stockholmiensis, Eloqv. & Theologiæ Prof. Upſ. *Epithalamium, in nuptias Reginæ Gunnilæ, Regis Johannis conjugis secundæ*, vixit, sub *Johanne III*, anno circiter 1585. Continuationem verò hujus historiæ, Skaldorum scilicet, trademus, sub fine Cap. III.

§. IX.

SKaldi itaque veterum Sveo-Gothorum nobiles & illustres viri quondam fuerunt; quoniam, ex magno & nobili stemmate, nati erant, & tanto habiti honore, ut Regi, in consilium; adhibiti sint. 1) Ex quibus, veteres nostri postulabant, ut, ex tempore, carmina, de unaquaque re obvia, proferre possent, 2) Vitas regum & historias regnorum rhythmis comprehenderent, 3) & comprehensas publicè, sive in aula, sive in conviviis, ubi confluentia populorum erat, ad excitandos animos audientium, ad virtutes, canerent. 4) Præterea Genealogiam nobilium & magnarum familiarum 5), Psalmos sacros 6), & Epicedia, in obitum regum, & illustrium virorum, componerent 7); quæ tandem ad tumulum, in demortuorum honorem, coram omni populo, decantarent. 8)

1) *Loccenius, in Antiquitatibus Sveo-Gothicis*, de Skaldorum Sveo-Gothicorum dignitate, ita differit: Skallderne woro/af höga Stammor/eller förnäma slächter/ i Landet/ och brukades undertiden/ af Konungarna/ i råd &c. vid. lib. 2. cap. 15. & pag. 187. & *Wormius*, in Append. Lit. Runnicæ, *Poëtas veteres*, inquit, *quos Skaldros & Runas vocabant, eo loco, apud Reges & Principes, antiquitus fuisse, quo jam consiliarii literati, aliique prudentia & rerum usu præstantes, est in confesso.* Inde quoque est, quod *Max. Rever. Dn. Doctor Daniel Diurberg, in Diss. Grad. De Skaldis veterum Hyperboreorum*, illos illustres, nobiles & ingeniosos adpellaverit. *Vid. pag. 2.*

2) Die Skallder musten in ihrer Kunst so fertig seyn / daß sie alles / was man von ihnen verlangte / ex tempore, in Reime bringen / und hersingen könten. vid. Etlicher guten Freunden Acade-

Academische Neben-Stunden 3. Nachricht pag. 43. *Conf. quoque Arnckiel, in Cimb.* Heidenthum *P. 1. cap. 32.* Narratur præterea, de Egillo Skalagrimo, Skaldo Olavi Regis Norvagiæ, sic: Skallskapen war honom så fardig, at han qwad så fort fram, som han eljest gement. talte: *Conf. Append. Literat. Run. &* Konunga Sagorne.

3) Skaldis Sveo-Gothicis ejusmodi munus injunctum fuisse, clarum est, ex superioribus §. §. 6, 7 & 8, in quibus narravimus, Skaldos Chronica Rhythmica, vitas & res gestas Regum & Heroum complectentia scripsisse. *Vid. Hadorphii* Rim-Krönika. Hoc verò, ut eò melius & verius facerent, mos fuit regibus & Heroibus, Skaldos secum ducere, in castra. *Locc. testatur, in Antiqv. Svio-G. Lib. 2. c. 15.* Skallderne följde med Konungarne, i härfärd, på det de närwarande, med egna ögon, theras förehållande och dater erfara måtte, icke behöfwandes sättja lit, til andras trowärdighet, och så mycket bättre och säkrare underrättelse til efterwerlden lemna. Sic Svecorum Regi Haquino Ring adfuerunt Bergharus & Starkaterus, qui belli Bravici descriptionem, sermone patrio, primum ediderunt, *ut narrat Saxo, lib. 8. pag. 143.*

4) *Non solum carmina sua*, inquit Loccenius, in Ant. Sveo-G. Lib. II. c. 15. p. 75. *componere, satis habebant, sed etiam foris in castris, aut domi in conviviis, eadem decantabant, ad excitandos audientium animos, ad parem virtutis, cum rerum gestarum auctoribus, quos celebrabant, laudem & gloriam quærendam.* Hæc autem decantatio fiebat, *vel sonorâ & elatâ voce*, ut refert Loccenius, loc. cit. vel ad *tibias aut lyram*, ut Joh. Magnus, in Præf. Hist. Svecanæ, cap. 8. narrat. Unde quoque est, quod veteres Skaldi dicti sint *Lyristæ*, seu Harpare. *Conf. §. 2. Cap. 1.*

5) In usu fuit, nonsolum apud veteres Sveo-Gothos, sed etiam apud alias gentes, injungere Poëtis id quoque officii, ut genealogiam illustrium familiarum Rhythmis compre-

comprehenderent; sic enim refert *Sheringham, de orig. Angl. c. 1. pag. 12.* quod Bardi, Cambrenses genealogiam Principum concinnarint; sic quoque *Loccenius, in Ant. Sveo-G. lib. 11. cap. 15.*, de Skaldis veterum Sveo-Gothorum, *Conf. quoque* Etlicher guten Freunden Academische Neben-Stunden 3. Nachricht.

6) Quod Skaldi odas sacras composuerint, *conf. Arnchiel, in Cimbr.* Heydenthum/ *T. 1. cap. 17. p. 105.* Etlicher guten Freunden Academische Neben-Stunden 3. Nachricht.

7) Sic *Erpur Lutande*, in obitum regis Hund/ excellens & admirandum planè Epicedium confecit: de quo, *vide Brynolphi Svenonis Epistolam, ad Stephanum Stephanium. Olavus Wormius, in Mon. Dan. lib. 2. fol. 109.* ejusmodi quoque exemplum tradit; quando enim Rex Svecorum, *Hotherus*, cum Rege *Baldero* & ejus fratre *Bo*, prælium iniisset, & vitam in eo finiisset, ut *Saxo narrat, lib. 3. hist. Dan. pag. 43, & 44*, in honorem ejus, Skaldus quidam hoc epicedium fecit.

Denne Hoiier er gjord uden Men /
Her i hwiler den rige Kong Hotters ben /
Denne sten er öfwer ham set
Wiser hans graf hannem ej sorget;
Jeg hafde noc trette och krig
Med Bo den afguds son Ottin /
Jeg blefde sjug / oc doede bort /
Oc hwilis her i Jorden sort.

Præterea quoque, circa hanc rem, observandum est, quod veterum Skaldi, semper Epicediis, subjecerunt nomina sua, quod observavit, & nobis exhibuit *Verelius, in Runographia Scand. cap. 8.*

8) Conf. Etlicher guten Freunden Academische Neben-Stunden 3. Nachricht p. 54. & §. 10.

§. X.

§. X.

Præter has, jam breviter enumeratas, in superiori §. officii partes veterum Skaldorum Sveo-Gothicorum, sponte quasi sua, alias quoque materias sibi elegerunt. Comprehenderunt enim, Poësi sua, Physicam, Mathesin, Theologiam & alias disciplinas. 1) Satyrica quoque carmina concinnarunt, in quibus, vitia sua Regibus, principibus, dominis, ac populis, sub oculis subjecerunt. 2) Canebant denique aliquando quoque amores suos; sed tamen laudandi, quod non, sicut Græcorum & Latinorum nonnulli Poëtæ, qui sæpè, verbis, & sententiis venereis, & libidinosis carmina sua immiscuerunt, *τὸ πρέπον* semper observarint 3), & cancellos honestatis, quantum mihi notum est, non transgressi sint. Quod verò, ad fidem illorum, adtinet, in conscribendo res gestas Regum, historias regnorum, & genealogias illustrium virorum; nullum est dubium, quin verum semper narrarint, quod non solum exemplis, sed etiam, testimoniis virorum doctissimorum, probari potest. 4)

1) In §. 1. hujus capitis, ostendimus, Skaldos, Physicam, Mathesin, Theologiam, & alia, carmine suo, comprehendisse. Et licet specimen quoddam Theologiæ illorum, in medium, nempe *de creatione mundi*, protulerimus; pauca tamen adhuc, *de creatione hominis, vita & damnatione æterna*, addere lubet. Mirum sanè est, unde Edda, nisi ex lumine quodam supernaturali, hanc notitiam hauserit: sic enim, in Mythol. 4. de creatione hominis, loquitur: Enn so er sagt ad tha er hann suast / fiek han sucita. Thá war under winstre hande hans Madur och Kona: h. e. *Sic autem fertur, quod dormiens sudorem emiserit, sub ala sinistra,*

viſtra, unde mas & femina nati ſunt. Et Gudmundi Andreæ verba, in not. ejus, ad Stroph. 3. Voluſp. ita, de creatione hominis, ſonant: *Primi enim Parentes,* Aſkur & Embla/ *dicuntur prognati, ſub ejus lava, æquatoris &c.* Quam fabulam, *Celeb. Rudbeck* exiſtimat, natam eſſe, ex hiſtoria Adami, & verè, de ipſo, explicari *Atl. Tom. 2. c. 6. pag. 454. &c.* De alia vita, poſt hanc, iterum Edda, in Mythol. 18. narrat, ſub terra, eſſe aliquem locum, qui Wallhall/ *cæſorum aula* & Wingulff/ *domus amica* vocatur, qua recipiuntur boni; ubi non modò habitaturos, ſed etiam Nectar bibituros, cum Odino, & reliquis glorioſè defunctis, & ad voluptatem eorum, menſas epulis tectas, & vina generoſiſſima reperiri autumnabant. vid. Myth. 31, 33, 34, 35. Infernum autem vocabant Nifulheim/ quem nos Helweti vocamus, ut refert *Celeb. Rudbeck, in Atlant. Tom. I. c. 24. pag. 564*, ad quem, pravos & ſceleratos homines detrudi, (*Edda Mythol. 3.*) ibique angi & continuam moleſtiam ferre, docent. *Vid. Voluſp. Strop. 36. ſeqv. & Edda Mythol. 28.*

2) Sic fecit quidam Skaldorum, nomine *Scapto*, ſeu *Thorbal*, ut refert *Bartholinus, in Ant. Dan. lib. 1. cap. 10. pag. 171.* imò haud veriti ſunt, ejusmodi carmina, in deorum cauſſam ſcribere, ut narrat ſupra citatus *Bartholinus.*

3) Græcos & Latinos Poëtas, interdum turpiter & libidinoſè, ſcripſiſſe, teſtantur monumenta illorum, e.g. Ovidii Liber, de Arte amandi, & Libri Amorum, qui ad orcum usque proſcribendi ſunt: quoniam ſunt, quaſi fomenta libidinis, & malorum inde fluentium; Skaldi verò noſtrates, in cœlum usque, extollendi ſunt, qui, licet aliquando amores quoque ſuos cecinerint, tamen decorè atque caſtè id fecerunt, quod patet, ex Hialmari carmine, ſeu Hialmars wiſa/ i Herwora ſaga. Cap. 5.

4) Licet multi ſiniſtrum planè judicium ferant, de Poëta-

Poëtarum fide; tamen non eſt, quod dubitemus, de fide Skaldorum Sveo-Gothicorum: quoniam ex variis teſtimoniis & exemplis, conſtat, noſtratibus notam adulationis & mendacii non eſſe inurendam. *Bartholinus*, de fide Skaldorum Hyperboreorum, *in Ant. Dan. lib. 1. c. 10.* ejusmodi teſtimonium perhibet: *At longè*, inquit, *longè abfuit adulationis amor, a ſeveritate illa antiqui ſeculi: adeo ut, ſi tum poëtæ, placendi gratiâ, mentiri aut fingere voluiſſent, audacter irridere viſi fuiſſent.* Manifeſtum quoque eſt, quod veritatem ſemper amarint Skaldi, ex carminibus Satyricis, de quibus vide ſupra. Ad ſtabiliendam inſuper hanc ſententiam, juvat multum *Erpur Lutande* excellens epicedium, in obitum Regis Hund; ex quo *Saxo*, *Snorro* & alii hiſtoriam ſuam concinnarunt, ſicut ipſi fatentur, in Præfatione, ad opus ſuum.

§. XI.

Ad ſtilum itaque veterum Skaldorum, quo uſi ſunt, in conſignandis carminibus, jam accedimus. Circa quem dum verſamur, ſtatim, in occurſum quaſi, nobis venit; quæ, & qualis illorum Dialectus fuit? Ad Dialectum quod adtinet, obſervandum eſt, illum, a communi & vulgari loquendi modo, alienum fuiſſe; magnificus enim erat tropis, & ſchematibus rhetoricis 1), eruditione plenus, gryphis atque ænigmatibus, Gordii nodo haud diſſimilibus 2), & ſplendidus, fabulis & metamorphoſibus. 3)

1) Dialectum veteres vocarunt Aſamal / qui, cum Odino Secundo, & reliquis Aſis, huc translatus eſt: *Teſt. Verelius, in notis, ad* Wolſſs och Götr. Sag. *pag. 3.* Quod verò, a ſermone vulgato, alienus fuerit, conſtat non ſolum, ex tropis & ſchematibus, ſed etiam, ex gryphis, & ænigmatibus, fabulis & metamorphoſibus. Hoc igitur

ut fieret, non solliciti tantum, sed felices etiam fuerunt, in inveniendis & disponendis argumentis, ac salibus adspergendis cantilenis, ut patet, ex Hialmari cantilena, quam moribundus cecinit:

Dreckur med Jofri	*Potant, cum Rege,*
Jarla mengi	*Comites multi,*
Ol gladliga	*Cerevisiam hilariter,*
At Uppsaulum:	*Upsalis;*
Madir marga	*Viri multi*
Mungat firda;	*A præstanti potu discedunt;*
Enn mig eggia spor	*Sed me incitant vestigia.*

Hoc est, discrucior animi, quod in pedes me erigere nequam:

J Eyu Þessari	*In insula hac,*
Leiddi mig hin hwita	*Ducebat me candida*
Hilmers Dotter	*Regis filia,*
A Agnafit &c.	*In Agnafit &c.*

Vid. Hervar. Saga *cap. 5. & Orwar Odd.* Sag. *cap. 21.* In qua, (1) observandum est, quod, in hisce, Jofur & Hilmir est *ἀντονομασία*; quoniam, loco nominis regii, ponuntur nomina propria. (2) In illo, mungat firda/ gå ifrån drycken: Vina deserunt, pro lifa wel a heiler: felices, & sospites vivunt, est *metonymia.* (3) In illo, spor vestigia, est *metalepsis*, pro fot/ pede, fot pes, pro kropp/ corpore; krop corpus, pro meislasar/ noxiis vulneribus; meislasar/ pro stirleikir rigore, qui, sangvine effuso, artus venasque occuparat. (4) Illud eggia / incitare, pro qwälia cruciare, ad *ταπείνωσιν* refertur. *Conf. Clar. M. Wetterfteen Diss. de Poësi Skald. Septentr. pag. 81, 82. cap. 6.*

2) Majores nostri existimarunt, gryphos & ænigmata esse certissima signa profundæ eruditionis & excellentis ingenii; hinc quoque mos Regibus & aliis fuit, certare, præmio victoriæ proposito, ænigmatibus & gryphis;

phis; *ut refert Cel. Rudbeckius, in Atl. Tom. I, c. 22. p. 557. & Pet. Salon. Not. ad* Eigles Sag. *pag. 97.* Quam verò artem hauserunt, ex Præceptoribus suis, Skaldis, qui ejusmodi loquendi modis, poëmata, & historias suas immiscuerunt, *ut testatur Verelius in not. ad* Herwor Sog. *cap. 1. & p. 4.* Præterea quoque observandum est, quod gryphus & ænigma unum idemque sit, & nihil aliud significet, quam λόγον δεινὸν καὶ σκοτεινὸν; cujus generis quatuor enumerat *Resenius, in Epist. Præf. Edd.* quorum exempla passim in Herwor Saga legi possunt & in aliis.

3) Exemplum hujus rei quoddam, *ex Edda Mythol. 8.* adferre lubet; ubi verba sic sonant: Niorfe edur Narfie hiet Jotun er bygde i JotunHeimum / han ätte Dottur er Nott hiet / hun war swort / og dock sem hun ätta ätt till / hun war gifft fyrst theim manne / er Naglfare hiet / theira son hiet Audur / thuinäst war hun gifft them er Anar hiet / Jord hint theirra Dottur sydast ätte honna Dellingur. A war honn Asa ättar / war theira son Dagur &c. *Norvus, seu Narvus Centaurus erat, in Jotunheimis. Hic filiam habuit, quæ* Nött *(Nox) vocatur, nigram & fuscam, instar generis sui, quæ viro nupsit, nomine Naglfari. Horum filius Audus erat. Deinde matrimonio juncta est Anaro, illorum filia* Jord *(Terra) erat. Postremo elocata est Dellingo, ex genere Asarum. Horum autem filius erat* Dagar *(Dies).* Quis igitur jam non videt, mundi originem describi, in hac fabula, licet non perfectè? cujus caussa fuit, aut quod totum non observarit Edda, aut temporis injuriâ perierit pars aliqua poëmatis. Conf. Mag. Wettersteen Diss. de Skaldis sept. cap. 8. pag. 96, 97.

§. XII.

Ad regulas itaque Poëseos Svecanæ antiquæ, jam pervenimus, quas veterum Skaldi observarunt, quando carmina sua concinnarent. Hæ, in

universum, septem numerantur, quarum sex priores Præclarissimus Dominus Magister *Johannes Ihre*, Secretarius Societatis Scientiarum, mecum communicavit.

I. Versus omnes *διςιχοὶ* erant.

II. Singuli bini versus, iisdem *ἀκροςίχοις*, seu literis initialibus, constabant, quas HliodStafir nuncupabant. 1)

III. Aut etiam ultima vox versûs prioris, eadem literâ, inchoabatur, quâ, prima versus posterioris. 2)

IV. Interdum quoque utrumque observabatur; ita quidem, ut primæ & ultimæ vocis literæ initialis, in versu præcedenti, cum litera initiali versûs sequentis, eædem essent. 3)

V. Vocales omnes alternant. 4)

VI. Si vox fuerit monosyllabica, aut etjam minus sonora, negligitur, & sequentis tantum ratio habetur. 5)

VII. Interdum quoque requirebatur, ut prima vox versûs aliquam similitudinem, cum voce ultima ejusdem versûs, haberet, quæ, vel in duabus consonantibus, vel in tribus, vel etiam in una consonante, & una vocali, consistebat. 6)

1) E. G. Geirs hygg ec grimlegt woro
Gunreisom Oleisi
Löghreitondom lita
Ljons i hwaßer sioner/
Þorþut þronsker syrþar/
Þotti hersa drottinn
Ogurlegur augu/
Orni fran sia hanum

Hoc est.

Hoc est:

Jag menar / thet war grymt /
För the krigande lagbrytarena /
At se / i then hwaßa synen /
På then i striden frimodiga Olof /
Och torde intet Trändeske folcket
Se / emot honom.
Tyckte Ödren then Herren
Wara förskräckelig i ögonen.
Vid. Snorro Sturlesson Tom. I. pag. 792.

2) Lytt mun halur hinn huiti /
Hrafn etur af na getnom /
Ver minom gny gunnar /
Gladur i nott a Japri /
Swa hefur Öllungis illa /
Ec geck reiþur um Skeiþar /
Jörþ welldur mannamorþi /
Mitt ran getit honom.

Hoc est:

Litet / lårer then hwita karlen /
Wara glader i natt på Jadar;
Korpen äter af bekommit blod /
Wi wunne slackningen:
Jag geck wreder på steppen;
Ty så hafwer han offta
Illa mig röfwat /
Jord wäller mannamord.
Ibidem pag. 723.

3) Tid högg wiþ let Tryggi
Tryggwa son fyrir stiggwann /
Leicnar hesta lesti /
Liot waxinn hrae Saxa
Win hroþigur gaf wiþa
Wißi magra frißt &c.

Hoc est;

Hoc est:
Tryggwes son war så wiger /
Til at slås /
At han på sidstone
Gaf then Saxiska krigshären
Margarne til mat /
Then berömliga Kungen. &c.
Ibidem pag. 234.

Obs. Id autem heic loci observatu non indignum erit, quod antiqui Galli, eodem carminis genere & artificio, olim quoque usi fuerint. Didici hoc, ex *Prodromo Historiæ Gallicæ (Histoire des Gaules) Monachi Benedictini, Don Jacqves Martin*, cujus verba Latinè versa sic sonant: *Carminum eorum, pro tempore perquam simplicium, in eo, maximum situm erat artificium, quod singula versuum paria, ab iisdem elementis, incohoabantur.* Poëtis etiam Græcis hujusmodi aliquid, in usu, fuisse, ex iis, quæ vir earum literarum Doctissimus, *Michaël Neander*, in notis, ad Theognidem, operi ejus, Aureo dicto, insertis narrat, in animum ferè induxerim. Certè, quæ, de Græcis, narrat, à poëtica nostra, quam proximè absunt; verba ejus l. c. p. 299. referre, non pigebit: *Ceterum fuit usitatum veteribus Græcis, in conviviis, ludere, recitatione versuum, in quibus, seu sigma nullum, seu alia quæcunque litera, ab ipso (conviva) nominata non inesset; seu, in quam literam, versus desiisset, ab eadem incipiens, alius versus recitaretur.* Sed vellem mentem suam, & totum hoc negotium, clarius explicuisset: nam ex Athenæo, cujus librum X. laudat, de hac re, liquidò judicium ferre, non potest. Videor mihi alicubi vidisse, in versibus Fennonicis, initium vocis etiam potius, quam finem ejus, adtendi; quod, ex antiquis temporibus derivatum, postea fortassis mansit.

4) Mista

4) Missa ec fyrir dustann
Erda flog a leiþo/
Aslo busicr ec aesta
Herislinn hal wistar &c.
Hoc est:
På wägen ösien före Erda flog/
Hade jag mist min gård/
När som jag måste äska
Utaf en Hedninge Herberge &c.
Ibidem pag. 510.

5) þo werþor gagns fra geþom
Werþiri waullhom / qwad Scaugol &c.
Hoc est:
Doch warder oß gagn af gudom/
Wi det wålde / qwad Skagel.
Ibidem pag. 166.

Obs. Etiamsi, *(verba sunt Praeclarissimi D:ni Mag. Ihre,)* nemo scriptorum nostratium hanc Patrum nostrorum Prosodiam explicuerit, meque adeo primum hoc qualecunque adnotasse, crediderim; postea tamen observavi, Nobilissimum *Feringskiöldium*, hujus rei non obscuram, licet perbrevem, injecisse mentionem, *in notis suis, ad Cochlaei vitam Theodorici, pag. 530.*

6) Ferþ kom heldur i harþa/
Hnito teir samom dreyra/
Tungl staruts þa Tingla
Tangar Ormurinn Longi/
þa er Bordmykin Barþa
Trynslagþs regin lagþi/
Jarl wann Hialms und Holmi/
Hyrþ wiþ tefins sido.
Hoc est:
Skeppet ormen långa/
Med de stridsbussar ther på wore/

E Giek

Geck på fienderna hårdeligen /
Högs tå sönder thet förgylta skóna drake-huswud/
Med the goda ritningar mitt på skeppet /
När som Jarlen Erich
Lade then bordhöga Järnbarden
På sidan om ormen långa

Vid. Ol. Tryggwasi. Sag. *Cap. 69.*

§. XIII.

Priusquam finem imponimus huic capiti, non possumus non pauca dicere, de natura Poëseos antiquæ. Hoc verò existimaverim, nos eò melius facere posse, si illam dispescamus, in tres ætates. Poësis *primæ ætatis* consistebat, in sonora, & ad musica instrumenta adcommodata, vocum compositione. 1) *Media ætate*, ut inventio semper aliquid addere amat, præter hoc, similibus etiam vocum initiis, aures mulcere voluit auditorum. 2) *Tertia* denique ætate, rhythmi, quos vocamus, additi sunt, artificio, ab Arabibus, uti fertur, in Europam derivato. 3)

1) Hoc antiquissimum fuit carminum genus, nobisque non solum, cum priscis Latinis, sed etiam Ebræis, quorum Poësin adplicuerunt, ad Musicam. Exemplum verò hujus rei adducere, ex Eddæ Mythologia 4, ubi, de creatione, sic fabulatur:

Ar war allda / thå er ecke war
Wara sandur nie siår / nie swalar wener /
Jord fannst åfa / nie upp Himen /
Gap war Ginnunga / en gras hwerge

Hoc est:

Mane, vel principium, erat seculorum, cum nihil adhuc esset productum,
Erat nec arena, nec mare, nec refrigerantes aurulæ,

Terra

Terra reperta est nusquam , nec, in alto , cælum ,
Hiatus ingens erat spatii , & gramen nullibi.

2) De natura Poëseos Medii ævi , *vide §. proximè præcedentem.*

3) Inter variorum variæ ætatis Poëtarum carmina, quæ adfert *Snorro Sturlonides* , Einarum Sculafon primum versibus ὁμοιοτελεύτοις, *Tom. I. p. 343.* usum fuisse, video: unde etiam de rythmorum, apud nos, ætate, judicium facilè ferri potest; quin etiam, quid, de sententia Mervesinii (in Histoire & Regles de la Poësie Francoise, pag. 239.) quod Gothi nostri, in Galliam, rythmos primi introduxerint, statuendum sit, haud, per ambages, patet.

CAP. II.

Prosodiam Svecanam hodiernam tradit.

§. I.

QUoniam; in tradenda Prosodia Svecana, occupati sumus, hinc ultrò quasi nobis occurrunt quatuor, circa eam, observatu digna; *Accentus* , scilicet , *Pedes* , *Rhythmi* & *Versus*. Omnium igitur primò, nobis agendum est, de *accentu Syllabarum* , quænam earum sint longæ; quænam breves, & quænam denique ancipites. Per accentum verò heic, ut in Latina, non quantitatem, sed tonum, sive elevationem, & depressionem Syllabarum intelligimus. Quod itaque, ad accentum, adtinet, necessariò requiritur, in Poësi nostra; ut verba, illo loco, quo proprium, & à natura quasi datum, accentum retinere possunt,

ponantur. Nam noſtra aliena eſt, à Gallica Poëſi; in quâ, ſæpè accentus, à penultima, in antepenultimam, ab ultima, in penultimam, & vice verſa, migrat. Cauſſa verò, propter quam, ejusmodi transpoſitio toleretur, in Poëſi Gallica, hæc eſt; quoniam pleræque illorum voces & vocabula accentum habent, in ultima. Si itaque jam Galli, ſecundum regulas Proſodaicas, & ad accentum vocum, carmina ſua concinnarent, nunquam Poëſis illorum, carminis nomine, veniret. At, in noſtra lingva, non eſt ejusmodi locatio accentuum tam frequens, in ultima, ac in Gallica: quapropter quoque commodius poſſumus, & debemus, accentus, in verſibus noſtris, obſervare; ut rectè collocentur, ne longa, loco brevis, & vice verſa, ponatur. *)

*) Rem ſe ita habere, in Lingva Gallica, multis & planè innumeris exemplis, demonſtrari poteſt, e. gr. *Moliere, in Com. Femmes Sçavantes:*

Ah chimeres! le ſont (des chimeres, dit on!
Chimeres, moi! vraiment) Chimeres eſt fort bon!
Je me rejouis fort de chimeres, mes freres
Et je ne Sçavois pas, que j' euſſe des chimeres.

Ubi obſervandum eſt, τὸ chimeres habere, ſecundum genium linguæ Gallicæ, accentum, in penultima; ſed pro lubitu Poëtæ, transfertur, nunc in antepenultimam, nunc iterum in ultimam.

§. II.

Apud Latinos, uſu receptum eſt, ut omnia monoſyllaba naturâ ſint longa: at apud nos, ſicut apud Gallos, interdum ſunt longa, interdum brevia, exceptis excipiendis. 1) Prior vocalis, in

diſſyl-

dissyllabis, semper est longa, posterior brevis; exceptis compositis quibusdam, quorum nonnulla habent accentum, in penultima & ultima simul, nonnulla iterum, in ultima. 2) Trisyllaba non composita primam vocalem plerumque habent longam, reliquas verò breves. 3) In Tetrasyllabis, accentus plerumque est, in antepenultima; si verò habent accentum, in tertia, producitur quoque prima. 4) In Pentasyllabis, prima est anceps, & antepenultima longa. 5) In Hexasyllabis denique, fit alternatiò.

1) Ab exemplo allato, in superiori §. patet, monosyllaba interdum, apud Gallos, esse longa, interdum brevia, ut τὸ *je*, *des*, *fort* &c. Sic etiam apud nos:

Hielp mig / o Gud / at jag tig wärdelig må prisa.

Ubi observandum est, monosyllabum, Hielp / naturam brevis induisse; quod verò interdum quoque longum sit, ex hoc patet exemplo:

Min hielp at Gudi är / som hielp åt allom sänder.

Excipiuntur monosyllaba quædam, quæ tardiorem pronunciationem habent, & nunquam brevia sunt, sed semper longa, e. g. Ljus / hus / krus / rus / snus &c.

Mitt ljus i mörkret / Gud / tu äst min staf / i nöder.

Aliter:

Min staf / i nöd / tu äst / i mörkret / och mitt ljus

Adhuc aliter:

I mörkret / tu mitt Ljus / min staf tu äst / i nöden.

Ex hisce exemplis constat, monosyllabum, Ljus / naturâ longum esse, & nunquam brevis naturam induere posse, quod quoque meridiana luce clarius fit, ex hoc exemplo:

Ljus tänd / o! Gudh / för mig / uti mitt mörcker tjocka.

Ubi Ljus elevatur, cum offensione aurium, quæ, in carminibus Svecanis, ferri non debet.

 2) Penul-

2) Penultima, in bisſyllabis, eſt longa, & ultima brevis, e. g. Fader/ Moder/ Syſter/ Broder/ Himmel/ hafwet/ berget/ watnet &c. Excipiuntur tamen 1) ejusmodi bisſyllaba, quæ, in principio vocis, habent adjectionem Syllabicam brevem, & accentum, in ultima, e. g. Begå / förtret / &c. 2) Peregrina, ut Natur / Prophet &c., quæ habent penultimam brevem, ultimam verò longam.

3) Antepenultimam, in triſyllabis non compoſitis, E. G. Kongarna / Änglarna / Himmelen / Helſwetet &c. Semper eſſe longam, hiſce ab exemplis patet:

Kongarna tigga tin nåd &c.
Änglarna ſkyla ſin helgd &c.
Himmelen håpnar och ſkyr &c.
Helſwetet hiſnar och alt &c.

Item, participia ſemper habent antepenultimam longam, reliquas verò breves e. g.

Ljungande / darrande / glimmande &c.

E. G. Solen ſwartnar i moln/ når ſom titt ljungande lyſer:
Stiernors glimmande hår/ af darrande råddhoga/ ryſer.

4) Tetraſyllaba habent accentum, in antepenultima, e. g. Bedråglige / oloflige/ interdum in penultima, ut oregerlig / regemente / tienarena / tjenarinnor &c. Sed tunc obſervandum eſt, primam quoque fieri longam, quod conſtat, ex hoc exemplo:

Sij ! tjenarinnor ſe / på ſina fruers hånder /
Och tienarena gå / hwart theras Herre ſånder.

5) Prima eſt anceps, & antepenultima longa, in pentaſyllabis, e. g. oförgångelig /
Alt oförgångeligt är / ſom finnes i Himmelens gårdar.
Ubi *o*, in oförgångeligt / eſt breve, licet naturâ longum ſit.

§. III.

Omnes vocales, quæ finiunt vocem, in triſyllabis, tetraſyllabis &c. ſunt breves: licet, apud

Latinos

Latinos, nonnullæ sint longæ, nonnullæ iterum breves. 1) Vocalis, ante vocalem, non eliditur. 2) Positio non semper efficit antecedentem vocalem longam. 3) Omnes Diphtongi, quo loco sunt positæ, in voce, naturâ sunt longæ. 4)

1) Desinentia in *A.*

Ewig och obegripelig är tin warelse rena/
Och tina tanckars diup förstår tin wiehet allena.

Desinentia in *E.*

HErre / tu mäcktige Gudh/ hela werldenes Skapare store /
Om jag snäller i weit/ samt witter i tungone wore &c.

Desinentia in *J.*

Stor uti råd / och mäcktig i dåd / tu / HErre / må kallas.

Desinentia in *O.*

Kraftige äro tin ord / titt namn är högst öfwer allas.

Desinentia in *U.*

Ty huru wärkar tu / hwar kan slik mästare finnas:

2) Vocalium concursus duplici fit modo, in lingva nostra, vel in ipsa voce, e. g. fria / skyar / klia / troa / roa / &c., cujus exemplum hoc esse potest:

Wäl faller nöd och sorg / at lida / ganska swår;
Doch roar / tå ther om man sedan tala får;

Vel etiam extra vocem, e. g. gióra ondt / ubi a & o concurrunt, & in principio, hujus versûs:

Ja / at menniskor ej wid jordenes spis skola wämjas.

Et licet, tali modo, concurrant vocales, non tamen elidatur alter, sicut patet, ab exemplis allatis.

3) Positionem, in lingva & Poësi Svecana, non adtendi, constat, non solum ex hoc exemplo, sed etiam multis aliis:

Hercules arla stod upp / en morgon / i första sin ungdom /
Full af ånnest och twik / huru han sitt lefwerne bória. &c.

Obs. In versu priori, habentur hæc verba: arla stod/ ubi a ultimum, in arla / positione st / longum foret, si positio

tio adtenderetur; at illud a ultimum est naturâ breve: unde quoque clarum est, positionem st/ non habere eandem vim, producendi sonum, ac apud Latinos. Ita quoque, in posteriori versu, & qui lem hisce verbis, ångest / lefwerne; si jam positio adtenderetur, evaderet utique e / in ångest / longum, propter positionem st; ita ut pronunciaretur ångest / loco ångest. Sic medium e / in lefwerne / esset longum positione, r n / ut etiam pronunciaretur lefwerne / loco lefwerne. B. M. Archi-Episcopus Upsaliensis, Reverendiss. D:nus Doctor, Haqvinus Spegel, in præfatione, ad egregium illud opus, quod vocatur Guds wärck och hwila / videtur observasse positionem, in versibus suis, & quidem in Heroicis, E. G.

Solen swartnar i moln / när som titt ljungande lyser/.
Stiernors glimmande hår / af darrande rådd hoga / ryser.

Ubi primò positio est, in Solen / quæ est Spondeus, & quidem in ultima syllaba; ita ut e sit longum, positione, n & s / & secundò, in Stiernors / ubi o est longum, *positione* r & s. Sed hoc observare, pro lubitu, unicuique, relinquimus. Nostrum tamen judicium, hac de re, hoc est, quod, ad positionem, non adtendere semper possimus: quoniam concursus consonantium magis frequens est, in lingva nostra, quam in Latina; quapropter, ad effugienda incommoda & impedimenta, circa scribendum carmina, quæ, ex concursu plurium consonantium, promanant; existimamus, melius esse, præcipuè cum versus nihil svavitatis exinde amittant, ad positionem non adtendere.

4) Diphtongi å / á / ó / ut & y / & j consonans, quo loco sunt positæ, in vocabulis, semper sunt naturâ longæ, exceptis monosyllabis, ty / sky / gå / tó / sá &c., e. g. öfer / åfwen ömna ymnog / frierj / skrymterj / fyllerj. Excipe kringhwärfd / kringränd / & alia ejusmodi vocabula.

§. IV.

§. IV.

Nomina adpellativa monosyllabica, præfixa aliis vocabulis, semper retinent accentum suum, 1) Adjectio Syllabica Het/ in fine vocabuli, semper est brevis. 2) Syllabicæ adjectiones, quæ præfiguntur vocabulis, sunt duplicis generis; aliæ monosyllabicæ, 3) aliæ iterum bisyllabicæ, & accentum habent, in penultima. 4) Monosyllabicarum adjectionum genus iterum est duplex, aliæ breves, 5) aliæ iterum sunt longæ, 6) interdum quoque duo monosyllaba adjectionum syllabicarum conjunguntur, & voci præfiguntur 7).

1) Snóbetäkte/ skogbewäxte/ skybetäkte/ gräsbewäxte/ isbetäckte &c.

J skogbewäxte berg/ och snöbetäckte dalar &c.

Tu skybetäckte hwalf/ som watnar jorden torra &c.

2) Ewighet/ fåfängelighet/ förgänglighet/ förtretlighet &c.

3) Be/ för/ af/ en/ bi/ gen/ miß/ til/ från/ wid/ up/ ned/ å/ åt &c.

4) Treder/ genom/ åter/ emot &c. Hæc habent omnia accentum, in penultima.

5) Monosyllabicæ breves sunt, Be/ för/ gen &c. e. gr. bedraga/ försmara/ genstråswog &c. E. G.

Behåll mig/ i tin gunst/ och låt mig bli försmarad &c.

6) Longæ af/ en/ bi/ miß/ til/ från/ wid/ up/ ned/ å/ kring/ om/ o/ med &c. Hæ semper sunt longæ, & sequentem syllabam efficiunt brevem e.g. Affiyrcka/ enskyla/ bidraga/ mißunna/ tiltaga/ fråntaga/ widlåda/ uprinna/ nedslippa/ åminne/ kringränna/ omsamna/ undslippa &c. E. G.

Ach! mißunn icke mig then lust/ at tig så skoda &c.

Alt hwad på jorden fins/ thet tiltar mer och mer.

Så uvaår nu then dagen / tå alle få ståda

Obs. Ex hisce patet, ejusmodi syllabicas adjectiones semper longas esse, & accentum sequentis syllabæ quasi absorbere. Sic quoque in reliquis.

7) Hujus rei exemplum videre licet, in hisce sequentibus, obehindrad / oaflåtelig / ouplöslig / bibehålla. Hoc, circa ejusmodi vocabula, observandum est: primam adjectionem, licet naturâ brevis sit, ut in oförrätta / semper recipere accentum, & secundam, licet naturâ longa sit, evadere brevem e. g.

Tu oförrättar mig / med slag och orden swåre
Ett ouplösligt band har Himlen sielfwer knutit &c.
Jag obehindrad går min stig / tit jag mig täncker &c.

§. V.

Vocabula, quæ desinunt, in consonantes, ultimam habent brevem, exceptis excipiendis 1) Quando syllaba longa sequitur longam, in carmine Heroico, prior quasi absorbet accentum posterioris. 2) Peregrina denique verba, sive sint Latina, sive Gallica, sive alia, si modò tolerentur, in versibus Svecanis, retinent accentum suum 3).

1) Patet ex hoc exemplo

Kung David siunger och / med Himmel-liuflig stämma
Hwad thet Treeniga Guds wäsend kan beqwämma.

Excipiuntur tamen, quæ desinunt, in N. & T. simul, & habent accentum, in ultima. Ex. Gr. Regent / Regement / gement / galant. Ab hisce verò, iterum excipiuntur anförwandt / & alia, quæ, sub compositis, veniunt.

2) E. G.

At tina dråpliga werck ej stola på jorden / glömmas &c.

Sic quoque

Stor / uti råd / och mächtig / i dåd / tu / HErre / må kallas &c.

Ubi, I, in tina / at tina / & U, in uti / stor uti / quæ longa

sunt

funt naturâ, brevia funt, ob antecedentia monofyllaba, at & /lor/ quæ naturam longorum omnino inducerunt.

3) Hujus rei exemplum habemus, in hymnis nostris facris, e.g. In dulci jubilo &c.

§. VI.

Tantum de accentu; ordo verò jam postulat, ut pedes, qui, in Poëfi Svecana, occurrere folent, indicemus, & aliquid, de illis, differamus. Pes, fecundum definitionem Grammaticorum, eft numerofa duarum triumve fyllabarum conftitutio. Pedes autem nos, ficut Latini, dividimus, in bisfyllabos, trifyllabos & quadrifyllabos. Bifyllabi dividuntur, in fimplices & mixtos. Bifyllabi fimplices funt *Pyrrichius* v v, & Spondeus - - Bifyllabi mixti funt, Jambus v - & Trochæus - v. Trifyllabi dividuntur, in fimplices & mixtos. Simplices funt Tribrachus v v v, & Moloffus - - - Mixti funt Anapæftus v v -, Dactylus - v v Bacchius v - -, Palimbacchius - - v, Amphibrachus v - v & Amphimacer - v -. Quadrifyllabi autem pedes non locum inveniunt, in Poëfi noftra Svecana.

§. VII.

De Rhytmis, jam pauca dicenda funt. Rhytmus eft vox defumta, ex mathematicis, & nihil aliud eft, quam concinnitas, feu concentus orationis, qui refultat, ex certa pedum collocatione. Hi funt, vel mafculini, vel etiam feminini. 1) Deinde, circa illos, obfervandum eft, quod, fi mafculini fint, una vocalis & una confonans, vel etiam plures, fint eadem: ita ut differant folum, primâ

conſonante, in principio vocis: ſi verò feminini ſint, duæ ultimæ ſyllabæ debent eſſe æquales; ita tamen, ut prima conſonans ſyllabæ penultimæ alia ſit 2).

1) Rhythmi maſculini vocantur monoſyllabici e. g. Man / kan / jag / dag / bröſt / röſt / blod / ſtod / brud / öſtrud &c. Maſculini dicuntur, ſine dubio, eam ob cauſſam, quod habeant Rhythmum ſimplicem: quò enim magis ſimplex, eò quoque magis perfectum cenſetur. Feminini verò biſyllabici, ſeu triſyllabici vocantur e. gr. Klinga / ſpringa / driſwa / ſtriſwa / haſwa / graſwa / unger / tunger &c. Feminini vero dicuntur, quoniam habent Trochæum, ſemper, qui vehementes ſunt in initio, ſed citò deficiunt.

2) In Rhythmis maſculinis, duæ ultimæ literæ, in ſyllaba, aut etiam tres, ſi ex quatuor vel quinque conſtat vox illa, eædem ſive æquales eſſe debent, literis ultimis, in illa voce, quæ Rhythmum, cum ultima præcedentis verſûs, conficit, e. g. wiſt / liſt / ubi i / ſ / t / inveniuntur, in utrâque voce; literæ verò initiales diverſæ ſunt, & erunt. Sic quoque, in biſyllabicis, ſeu femininis, debent rhythmi conſiſtere, in ſimilitudine ſoni, non verò in planè eodem: & quidem ſic, ut ultima ſyllaba, in utroque, eundem planè ſonum habeat, e. g. in hända / & tända; ubi ultima ſyllaba, in hända / eſt æqualis ultimæ, in tända. At, in penultima, obſervandum eſt, aliquam ſimilitudinem ſyllabas habere, non verò planè eandem, e. g. in ſtriſwa & driſwa; ubi r & i ſimilitudinem, inter eaſdem faciunt. Conſonantes verò initiales diverſæ ſunt, ſemperque erunt; ſi modò aliquam venuſtatem ſecum adferant.

§. VIII

Ad carmina, ſeu verſus, jam denique venimus, quorum differentiam, in §. II. Præfationis tradidi-

didimus: nunc igitur carminum genera enumerare, & ſingula, exemplis Svethicis, exornare, animus nobis eſt. Primò, ratione Rhythmorum, diſtingvimus verſus, in maſculinos & femininos 1). Deinde, ratione pedum, in ſimplices 2) & compoſitos 3).

1) Sicut in §. VII, diſtingvimus rhythmum in maſculinum & femininum; ita quoque verſus, in maſculinos & femininos. Maſculinum vocamus, qui monoſyllabum habet ultimum, in ultimo pede e. gr.

Jungfru gunſt och April wår/
Ett/ och alt thet ſamma/ år.

Femininum autem vocamus, qui, in ultimo pede, habet biſyllabum, e. g.

Haſtigt kårlek ſig infinner/
Haſtiat ock ſom rök förſwinner.

2) Simplices ſunt, qui, per ſe, ſubſiſtere poſſunt: ſeu quod, una tantum metri formâ, conſiſtunt; inter quos primò adnumerandum eſt carmen Heroicum, ſeu Hexametrum, ſic dictum; quia ſex pedibus conſtat, Dactylo ſcilicet Trochæo & Spondeo, quorum quinto eſt Dactylus, ſexto Trochæus; quatuor verò prioribus promiſcui ſunt, Dactylus & Spondeus; cujus Schema hoc eſſe poteſt:

| – – – – v v – – – – v v – v v – v | E. Gr.
När ſom Himmelens moln/ i luftene dundrande ljunga/
| – v v – v v – – – – v v – v v | – v | Ex. Gr.
Dalarne/ bergen man ſer/ af båfwande/ darra och gunga.

Archilochium conſtat, duobus Dactylis & ſyllaba longâ, cujus Schema hoc eſt:

| – v v – – v v – | Ex. Gr.
Jordenes pelare ſtå
Stadiga/ faſta ån tå &c.

Sic vocatur, ab Archiloco Poëta. Aliàs dicitur *Dactyli-*

sum monometrum Hypercatalecticum. *Pherecratium* constat Spondeo, Dactylo & Trochæo, cujus Schema hoc est: |--- --vv --v| e.g.

Alt på jordene rõres:
Alt til Himmelen hõres.

Sic dicitur, à Pherecrate Athenienfi, qui comœdiis inclaruit, & Aristophanis temporibus vixit.

Phalæcium, seu Phaleucium, primo pede Spondeum, secundo Dactylum, reliquis tribus Trochæum, cujus Schema tale esse potest. |----vv--v--v--v| E. Gr.

Alt är borto / mig | intet mera frögder;
Ach! ja ingen ting | gör mig mer förnögder.

Nomen habet a Phalæcio, ut nonnullli existimant; alii verò, à Phaleuco. Dicitur aliàs Hendeca-Syllabon; quia recipit undecim syllabas, in quinque pedibus.

Jambicum, sic dictum, à pede Jambo, est vel purum, vel mixtum.

Purum est, vel Monometrum, vel Dimetrum, vel Trimetrum, vel Tetrametrum. *Monometrum Jambicum purum Acalecticum* hoc Schema habet: |v--v--| E.G.

Bewisa nåd /
Gif hielp och råd.

Monometrum Jambicum purum Hypercatalecticum hoc Schema habet: |v--v--v| Ex. Gr.

Min Fader kära
Tig skal jag ähra:

Monometrum Jambicum purum Catalecticum tale Schema habet: |v--| Ex. Gr. Tig HErre /
Ty wärre &c.

Monometrum Jambicum purum Brachycatalecticum hoc Schema habet |v-| E.G. Tag mig /
Til tig.

Dimetrum Jambicum purum Acatalecticum quatuor pedes habet, & hoc Schema: |v--v----v--| Ex. Gr.

Man klädde fördom sig i skinn /
Nu silke / sammet föres inn.

Dime-

Dimetri Jambici puri hypercatalectici Schema hoc est:
|v-- v -- v -- v -- v |

Ät luften när | som röken swingar/
Han wackert wär | tå til oß bringar.

Dimetri Jambici puri Catalectici Schema hoc est:
|v-- v -- v --v| Ex. Gr.

När Himlen | röder blifwer/
Oß klart wär | luften gifwer.

Dimetrum Jambicum purum Brachycatalecticum hoc Schema habet: |v-- v -- v --| E. G.

När mulen | morgon är/
En klar dag | komma plär.

Trimetrum Jambicum purum Acatalecticum, sex pedibus, constat, & ejusmodi Schema habet: |v-- v--v -- v-- v--v--|

Then dag förhanden är | tå hwar man blifwer frj/
Och slipper/ Gudi lof/ | från alt sitt slafwerj.

Trimetri Jambici puri Hypercatalectici Schema hoc est:
| v -- v -- v -- v -- v -- v-- v| E. G.

När April wåter är/ | och Majus kaller blifwer;
Tå jorden rog och korn/ | ja/ hafra/ gräs nog gifwer.

Trimetrum Jambicum purum Catalecticum hoc Schema habet: |v --v -- v -- v -- v --| Ex. Gr.

När dimban up åt | wil om morgon flyta/
Tå wil oß regn om | afton icke tryta.

Trimetri Jambici puri Brachycatalectici Schema hoc est:
|v -- v -- v -- v -- v --| Ex. Gr.

Then bästa tid för | skördman altid är;
När rog och korn än | dagaen på sig bär.

Tetrametrum Jambicum purum Acatalecticum tale Schema habet: |v -- v -- v -- v -- v -- v -- v -- v --| E. Gr.

Förnuftigt folck/ på wett och konst | förstånd och snille mera ser/
Än uppå skönhet/ rikdom/ prackt/ | hwar åt thet löje gör och ler.

Tetra-

Tetrametrum Jambicum purum hypercatalecticum hoc Schema habet: | v -- v -- v -- v -- v -- v -- v -- v -- v | Ex. Gr.

En Sjöman swäswar altid / i | stor nöd och mången öpen fara /
Hans lif / näst Gudi / brädet får / | i fruchtan måste daglig wara.

Tetrametri Jambici puri Catalectici Schema hoc est: | v -- v -- v -- v -- v -- v -- v -- v | Ex. Gr.

Then födkrok stytten har / han | med sin bysa går i skogen;
Men bonden bryr sig ther eij | om / han ständigt går / wid plogen.

Tetrametri Jambici puri Brachycatalectici Schema hoc est: | v -- v -- v -- v -- v -- v -- v -- | Ex. Gr.

När bonden är på krogen / | han tå skriker: hej gu tår:
Om tu man gick wid plogen / | tu wist finge mat i år.

Interdum quoque fit, ut vel Spondæus, vel Tribrachus, vel Dactylus, vel denique Anapæstus immisceatur versibus Jambicis, & tum dicitur Jambicus mixtus. Est igitur vel Jambo-Spondaicum, vel Jambo-Tribrachicum, vel Jambo-Dactylicum, vel denique Jambo-Anapæsticum. Jambo-Spondaicum est vel monometrum, vel dimetrum, vel trimetrum, vel tetrametrum.

Jambo-Spondaici monometri Acatalectici Schema tale est: | -- -- v -- | Ex. Gr.

Ach! HErre Gudh /
Tin lag och bud &c.

Jambo-Spondaici Hypercatalectici Schema hoc est: | -- -- v -- v | Ex. Gr.

Ach! HErre min Gud /
Tin lag och tin bud &c.

